Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nauit addnm cor ipsius: et in diebus peccatorum condoluerunt pe
catem. Nam male tractauerunt illum: qui auertere manus con se
cratus est pha. euertere et eruere. et perdere. et ueru edificare.
et renouare. Amplificatus est quasi stella matutina in medio
nebule: et quasi luna plena in diebus suis lucet: et qsi sol reful
gens sic ille refulsit in templo dei. Sq marcu.

In illo t. Misit herodes at tenuit iohnem. et uinxit eum in car
cere propter herodiadem uxorem philippi fratris sui: quia duxerat eam. Di
cebat enim iohnes herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. He
rodias autem insidiabatur ei. et uolebat occidere eum. nec poterat.
Herodes autem metuebat iohannem. sciens eum uirum iustum et sanc
tum custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat: et libenter eum
audiebat. Et cum dies opportunus accidisset: herodes natali suo
cenam fecit principibus et tribunis. et primis galilee. Cumque intro
isset filia ipsius herodiadis et saltasset. et placuisset herodi simul
que recumbentibus: rex ait puelle. Pete a me quod uis: et dabo t.
Et iurauit illi: quia quod petieris dabo tibi: licet dimidium reg
ni mei. Que cum exisset: dixit matri sue. Quid petam. Et
illa dixit. Capud iohnis baptiste. Cumque introisset statim cum
festinatione ad regem: petiuit dicens. Volo ut protinus des mi
hi in disco: capud iohnis baptiste. Et contristatus est rex. Propter
ius iurandum. et propter simul recumbentes noluit eam contristare: sed
misso spiculatore precepit afferri capud eius in disco. Et decollauit
eum in carcere: et attulit caput eius in disco. et dedit illud puelle.
et puella dedit matri sue. Quod auditum: discipuli eius uenerunt.
et tulerunt corpus eius: et posuerunt illud in monumento. Feliciis
Alleluia Lingua sapientum. euw. Cum egrederetur iesus de
templo. ait illi. In natiuitate s. marie. l. l. sapie.

Dominus possedit me in initio uiarum suarum: antequam
quicquam faceret a principio. Ab eterno ordinata sum. et ex
antiquis: antequam terra fieret. Nondum erant abyssi.